



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Concilivm Pampilonense, De Episcopatv Pampilonensi Antiquae sedi suaे
restituendo, celebratum anno Domini MXXXII. tempore Ioannis papae
XVIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

CONCILIVM PAMPILONENSE,
DE EPISCOPATV PAMPILONENSI ANTIQVÆ
sedi suæ restituendo, celebratum anno Domini MXXXII.
tempore Ioannis papæ XVIII.

N O T A.

Causa
Concilii.

^a *Concilium.*] Cum antiquis temporibus, teste Mariana rerum Hispaniarum scriptore, Pampilonenses sedem episcopalem ob barbarorum incursionses in monasterium Leirense, quod situm est in montibus Pyrenæis, transtulissent, atque vigore factæ translationis monachi eiusdem monasterii iam recens permisso pontificis Pampilonenſium episcopum creassent, habitum est ista de causa hoc Concilium, actumque in eo vt antiqua sedes Pampilonensi episcopatui restituantur: idque post obitum eius, qui tunc erat Pampilonensis episcopus, tempore successoris fuit executioni mandatum.

Interfuerunt Concilio Pontius Ouetensis archiepiscopus, Gervasius Anagari, Nunnus Alauæ, Arnulphus Ripagorsæ, Sancius Aragoniæ, hoc est Iaccæ, Julianus Castellæ, hoc est Ancæ, episcopi. Vide Baronium anno 1032. num. 4.

V I T A
BENEDICTI PAPÆ IX.

BENEDICTVS Alberici Tusculani comitis filius, duorum germanorum pontificum Benedicti & Ioannis prædecessorum nepos, circiter annum etatis decimum, vel saltem, quod verius est, decimumoctauum, quo capax erat impudicitiae & luxuriæ, quæ ipsa Petro Damiani adscribitur, tyrannide parentis Alberici intrusus est in sedem apostolicam sexto Idus Nouembres anno Christi 1033. tempore Conradi imperatoris. Hanc aliasve maculas sanctissimæ cathedra Petri, in hoc, aliisve pluribus supra recensisit pontificibus illatas ecclesia non intulit, sed post diuturnas reclamations & contradictiones (vt ait Petrus Damiani) cleri, & populi, patienter perpeſſa sustinuit. Vnde quam impudenter quamque indiscrete natiuitores hæretici suis calumniis ecclesiam his vulneribus a furibus & latronibus violenter fauiciatam proscindant,

Benedictu
IX. quando
sedem in-
uaserit; &
quoto an-
no etatis.

Redar-
guuntur
hæretici.

anno
christi
1033.